



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Arnoldi Corvini à Belderent J. U. D. Jus Canonicum, Per  
Aphorismos Strictim Explicatum**

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Amstelodami, 1663**

Secundis nuptiis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10591**

Sine justa divorpii causa & sine Judicis auctoritate divertens, per actionem ad matrimonium colendum potest compelli. c. ex transmissa. 8. de rest. spol. c. ex parte. 9. de sponsal. c. ult. in princ. 31. qu. 2. c. 16. puto. §. cum enim Iudai. c. 17. horrendas. c. 19. præcepit. 32. qu. 5.

Quæ tamen ob justam causam, sed divorcio non legitime facto, deceffit, repetenti viro, cuius sævitiam veretur, restituitur, si reæ de securitate caveat: d. c. ex transmissa. vers. recepta; non restituitur, si tanta sit viri sævitia, ut nulla ei sufficiat cautio; sed usque ad causæ decisionem honestæ & probæ alicui mulieri custodienda committitur. Abb. in c. literas. 13. & c. ex transmissa. 8. de restit. spoliat. c. 1. seculares. 33. qu. 2.

### *De secundis nuptiis.*

#### TIT. XVIII.

**H**AEC tenus de nuptiis in genere egimus: nunc specialiter de nuptiis secundis agamus.

Ex dicuntur omnes, quæ repetitæ sunt post primas, etsi sint tertiae, vel quartæ, vel pluries repetitæ. c. 11. aperiant. & seq. 31. qu. 1.

In illis quædam sunt propria; puta Quod eis non benedicatur; c. 1. 3. hic. Presbyter non possit interesse; can. 8. de his. 31. qu. 1. Qui eas contraxit, ad dignitates Ecclesiasticæ non possit adspirare. c. 3. de bigam.

Sunt alioquin, etiam intra annum luctus, c. pen. & ult. hic. permisæ, nec censentur injustæ; c. ult. dist. 26. c. 13. additur. 27. qu. 2. c. pen. 31. qu. 1. licet sæpius sint iteratæ. d. c. aperiant. 11. & c. ult. 31. qu. 1.

Iterari tamen non debent; nisi de morte prioris coniugis constet, c. in praesentia nostra. 19. de sponsal.

De